



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De Stupro, cuius peccati magnitudo ostenditur. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

populo. Putrefacere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur, &c. & Ezech. 35. Vnusquisque vxorem proximi sui polluit: & hæreditate terram possidebitis.

De Stupro, cuius peccati magnitudo ostenditur. CAP. VI.

Sequitur de Stupro, quod est illicita defloratio virginū. Cuius peccati magnitudo ostēdi potest. ¶ Primò ex hoc q̄ Sichen filius Emor, qui Dinā filiam Iacob deflorauit, interfectus est hac de causa cū patre suo & toto populo vrbis suæ: vt legitur Gen. 34. ¶ Secundò potest idē ostendi per hoc q̄ idem peccatū aufert virginitatem, cui debetur fructus centesimus: cū coniugacis debeat solum tricesimus, viduis solum sexagesimus. Satis deteriorat terrā, qui facit vt non possit reddere nisi sexagesimum fructū, vel tricesimum, cū prius redderet centesimum. Qui illicitè deflorat aliquam, aliquādo est occasio mille fornicationū, quas ipsa faciet postea. Sicut ille qui primò rumpit clausurā vineæ, occasio est illius dāni quod faciūt qui postea intrāt, qui aliter nō intrassent Et aufert ei quādoq; q̄ nunquam de cætero maritum habebit. Ad detestationē etiam huius peccati facit q̄ bonum quod ipse aufert, scilicet virginitatis bonum, est irrecuperabile & irecompensabile. Vorū virginitatis non recipit dispensationem, quia nec recompensationē.

De simplici Fornicatione. CAP. VII.

Ad simplicis fornicationis detestationem sufficere possunt quæ dicta sunt de luxuria generaliter. Addere tamen hoc possumus, q̄ hoc peccatū est detestabilius etiā homicidio vel rapina, in hoc q̄ illa nō sunt substantialiter mala: potest enim aliquis velle occidere aliquē meritorie, sicut iudex amore iustitiæ. Et aliquis potest accipere alienū in summa necessitate: sed nullus potest fornicari scienter, quin mortaliter peccet. Ponamus q̄ aliquis malum non cogitauerit, nec dixerit, nec fecerit, & omnia egerit bona quæ excogitari possunt, & semel tantum fornicatur, & sic decedit absque pœnitentia, ex necessitate damnabitur. Si omnes missæ quæ vsq; ad finē mundi celebrabūt ab ecclesia pro eo celebrarētur, nō liberaret eum à morte æterna. Ad detestationē etiam istius peccati facit quod legitur Numer. 25. q̄ cū esset fornicatus populus Israël cū filiabus Moab: iussit Dñs cunctos principes populi suspendi in patibulis contra solem. Et occisi sunt de populo xxiii. millia hominū. Et Phinees qui interfecit Zabūi coeuntem cū Madianitide, sacerdotium sempiternum meruit, & irā Dei à populo diuertit. Et licet fornicatio genus sit omnis illiciti coitus: qui fit extra